Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

secunda. id est a damnatione perpetua. In sacra enim
scriptura tres mortes sepe ponunt. una scilicet pec
cati. altera carnis. tercia vero supplicii eterne dam
nationis. Que mors hic secunda non tercia nominat.
quia videlicet de his agitur tantummodo sermo.
que nocent. de morte scilicet peccati. et morte eterni
supplicii. Ad quorum comparationem ista que communis
mors non est dicenda. Unde et apls carnalit mor
tuos. dormientes vocat dicens. Nolumus uos igno
rare de dormientib;. Mors itaq; prima que ledit
peccatum est. Huic autem que ledere possit nulla alia
nisi eterna damnatio succedit. Ideoq; pretermissa me
dia que non ledit. illa debuit vocari secunda que per
peccatum ledit. Dicat itaq;. qui vicerit non ledet a mor
te secunda. id est qui morte peccati in hoc tempore
animas neccantem superauerit. ad lesionem et que post
hanc et corpora et animas sine fine cruciat non pue
niet. Que mors semp occidit. et numquam ad inte
grum extinguit. In lesionis autem verbo. miseriarum
debet intelligi corruptio. Ledi enim non potest nisi id
corruptioni subiacet. Cap. .iiii.

Et angelo pgami ecclie scribe. Pergamum interpretatur
diuisio cornuum. Quod apte ecclie congruit. in qua
sunt simul boni et mali. et que iudicando facit
distantiam inter bonos et malos. ut confringant
cornua peccatorum. et exaltent cornua iusti. Hec di
cit qui habet rompheam ex utraq; parte acutam.
Romphea est gladius ex utraq; parte acutus. Sha
di autem nomine scriptura sacra intelligit dicen